homines nati sunt etiam si nulla sint lacessiti in
iuria. quare te hortor ut quieti ac tran
quillitati vite tue consultum sit. Vale et sal
ue optime tadee et hermolao sat dic et
ceteris quos etiam si non nomine facile
intelligeres. Ex patavio iiii idus Augusti

Octavius Veron. suo baptiste zendra
te p. s. d. habeo promissionem
tuam ut ad me cras mane venias. Sed me
mecto ita te venturum. sicuti in foro uti sole
tis dicitis enim venisse non intelligitur
qui non stetit. Tuo igitur cyrographo
te appello ut pr(e)cisimus vel verius conve
nimus venias. Nam non tam fabas quam
fitellas manducabis. Nec vero te ad sump
tuosa invito convivia. sed sermones so
brios. ad faceta quedam colloquia. ad
agrorum amenitatem. ad florum suavita
tem. ad molles arborum umbras. ad phi
lomenarum cantus quibus aures atque
oculos pascas. hec sunt rusticana con
dimenta. quibus in urbe nobis frui licuit
Tu interim vale et fac promissa tua
re ipsa compareant Ex monte orco id
est sperosso xx mensis may

Octavius Veron. suo baptiste zendrate
p. s. d. hec celi serenitas miro me
afficit gaudio. quod cum salubrem ex aerem
nobis dimictet. incolumitatem civitati
apportare videtur. proinde iam ruris
habitationem fugio in urbem propero.
iam ad vos advolo. Tu igitur michi dux ad
redeundum eris. ea ut tuo comodo facilius facias.
Dominico die nobiscum pransiturus venies.
ut prandio facto nobiscum revertamus
in patriam. Hunc quoque consilii nostri consoc
ium facito suavissimum bernardum lombardum